Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

est dispositio propter illud aliter
tamen potest dici scilicet quod motus
venialis non facit fictum sim-
pliciter sed ad tempus quia
gratiam non expellit sed retardat
dum non elevat se ad recipi-
endum divinam gratiam et quando
talis motus cessat statim bap-
tismus plenum effectum habet
et habet motum et alia peccata
delet et si superveniat de il-
lo contritio nova hec bona
et pe. primus modus dicen-
di magistro placet michi et
convenit cum Scoto ¶ Circa
tertium scilicet efficaciam baptismi
in parvulis queruntur plura
scilicet utrum parvuli recipiant san-
ctificationem in baptismo. Respondeo
quod sic absit enim quod parvulis
misericorditer deus ad salutis re-
medium provideret. extra de baptismo
maioris stante. Unde parvu-
li in baptismo purgantur a
peccato originali et hoc me-
rito passionis Christi et aliene
fidei scilicet ecclesie et virtute sa-
cramenti. Unde parvuli reci-
piunt in baptismo plene remi-
idest gratiam cum habitibus vir-
tutum. Respondeo quod sic recipiunt
enim secundum omnes gratiam
per quam vivificantur. Convenit
enim ut sicut contrahunt alio
promovente culpam sic etiam
alio promerente recipiant
iustificationis gratiam ut supra.
Deinde de virtutibus sunt plures
opiniones Communiter
et verior est opinio magistri

sententiarum libro 4º dist. 4 scilicet
quod parvulo dantur virtutes
in baptismo cum muneribus sive in
habitu perfecto sed non in
usu ad usum enim non tamen re-
quiritur perfectio habitus sed
impotentia que deficit in
parvulis. licet enim habitus
innatus et acquisitus perfec-
tus esse non possit ante per-
fectionem potentie infusus
tamen potest quia eius perfectio non
dependet nisi a datore. ¶ Conce-
dimus tamen quod in parvulo virtu-
tes habent aliquos actus
enim virtutum sunt quatuor
scilicet contrarium expellere subiectum
perficere et ad ultimum finem
ordinare et isti tres actus
cum habitibus conferuntur
quartus est bonum opus eli-
cere et iste non confertur
parvulo. ii. propter defectum po-
tentiarum in eo et ideo bene
dictum est parvulis non
dantur virtutes in usu. Ratio
ergo eundem effectum habet
baptismus in parvulis et
ideo dicit Augustinus ad Bonifa-
cium regenerantis spiritus in ma-
ioribus offerentibus et par-
vulis oblatis communis est. hec
ille. ¶ Utrum in parvulis
baptismus habeat equalem
effectum. Respondeo quod sic quan-
tum est de lege communi equale
est ex parte dantis illud me-
diante quo datur gratia scilicet
sacramentum equale et ex parte
recipientium congruitate dis-

18